



~~CVI.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

17-28. VITEBERG.

SIGNAT. CIBLCCXXIII.

I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
XIII
XIV
*XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX
XXI
XXII
XXIII
XXIV
XXV
XXVI
XXVII
XXVIII
XXIX
XXX



LVIII.

DISSERTATIO ANTIQUARIA
DE
SUE IN SACRIFICIIS
GENTILIIUM,
SPECIATIM

CERERIS, TELLURIS, BONÆ DEÆ,

ET

MATRIS DEORUM.

OB

SOLENNEM LUSTRATIONEM
GYMNASII FRIDERICIANI


ET

ORATIONES IN EA HABENDAS

EDITA

A

JOH. PHIL. CASSEL.



MAGDEBURGI,

LITTERIS JOAN CHRIST. SIEGELER. 1743.





CAP. I.
DE
SUE IN SACRIFICIIS.
ARGUMENTUM.

§. 1.

Animalia Diis immolata ob duplicem causam, 1) quod quædam certis Diis *indisa* essent, 2) quod alia animalia Diis *grata* fuerint. §. 2. *Sus* inter animantia *primum sacrificium* fuit. §. 3. Apud Græcos porcinum sacrificium etiam in usu erat. §. 4. Porci decimo a partu die ad sacrificia idonei, dicuntur *Sacres*, & *eximii*. §. 5. Integritas victimarum apud gentes quoad corpus & animam. §. 6. *Sus* quando cum *porcellis* immolata dicitur *Confesa*.

§. 1. Prius

§. 1.

Prius quam de sacrificio suis dicamus, in antecessum monendum duco, duplicem ob causam certa animalia in Deorum sacrificiis adhibita esse, quarum prima est, quod eorum nonnulla certis Diis invisa & odiosa haberentur, ideoque nulla magis ratione Veteres se Deos placare posse putabant, quam si inimicum sanguinem super aras funderent; sic Caper, quoniam vitibus infestus est, Baccho immolabatur, Hecatæ canes &c. Altera causa est, quod Diis sacra habita sint quædam animalia, quibus gaudere credebantur, vel ob aliquam inter Deum & victimam similitudinem, ex gr. Diis inferni mactabantur nigræ & steriles hostiæ, Equus Soli ob celeritatem, frumentum Cereri, Baccho vinum &c. J. POTTERUS *ad Lycophr.* 77. p. 124. 125. J. P. PFEIFFER *Antiquit. Græc. L. 1. cap.* 18. p. 26. VETVS SCHOLIASTES SERVIUS *ad Virgil.* L. 11. *Georg. ad versum* 380:

Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram

Sacrificiorum ritum optime distinxit: *Victima inquit, numinibus aut per similitudinem aut per contrarietatem immolantur, quod exemplis probavit; confer quæ idem Grammaticus ad Aeneid. L. III. 118. monuit, & L. NONNIUS de re Cibaria L. II. c. 1.*

§. 2.

Inter sacrificia animata SUS primum sacrificium (a) fuisse dicitur, quod VARRO his verbis declarat: *sus græce dicitur ὄσ, olim θυρῆς ab illo verbo dictus, quod dicitur θυρῆν, quod est immolare. AB SUILLO ENIM PECORIS*

(a) Unde sus prægnans hostia propria terræ audit MACROBIO *Saturn. L. 1. c. 12. p. 171. & terrestris bestia PLAUTO Capt. Act. 1. sc. 2. 86. p. 244.*

RIS GENERE IMMOLANDI INITIUM PRIMUM
SUMPTUM VIDETUR, *cujus vestigia, quod initiis Cere-*
ris porci immolantur, & quod initiis pacis fœdus cum feritur,
porcus occiditur, & quod nuptiarum initio antiqui Reges ac sub-
limes viri in Hetruria in conjunctione nuptiali nova nupta, &
novus maritus primum porcum immolant. Prisci quoque La-
tini, & etiam Græci in Italia idem faciunt assè videntur. L. II.
de Re Rust. cap. 4. Paria scribit ATHENÆUS Deipn.
L. IX. 14 p. 401. *Οι δε συν ἐρηθαι ὄνοες θυν τον ἐς θυσίαν*
ἐυθετυία. Quidam συν dici putant, quasi θυν, quod sacrificiis
apta sit. PITISCUS Lex A. R. v. Porca. VOSSIUS Etymol.
v. sus SUIDAS in voce βε, inter hostias animatas recen-
set etiam suem; θυμειων των ἐμφυχων, προβατα, οves, αγωες
βοες, ἐριθες, χηνος ἐθυετο ἐβδομος ὁ ἐξ ἀλευε. Cum enim
hec sex animalia immolarentur, ovis, sus, capra, bos, gallina,
anser, septimus bos ex farina confectus immolabatur, sc: a
pauperibus, quod animatum immolare non possent.
ALEX. ab **ALEXANDRO** inter sacrificia Deorum,
 quorum sola anima consecrabatur, frequentia fuisse
 affirmat oves, **SUES**, capras, boves, &c. quæ nisi puræ ef-
 sent & lectæ ad rem divinam non proficere putabant.
 Gen. Dier. L. III. c. 12. ab initio, & quibusdam interjectis
VARRONIS verba in compendium redacta exhibuit:
Fuit memoria proditum, a suilli pecoris genere immolandi ini-
zium Roma primum factum &c. Idem illud affirmat OVI-
DIUS L. XV. Metam. III. sq.

- - - - - Prima putatur

HOSTIA SUS meruisse mori.

Idem **FASTOR. L. IV. 413.**

A bove succincti cultros remobete ministri,


Bos aret, IGNAVAM SACRIFICATE SUEM.

Et **L. VI. 179.** ubi de vita priscorum loquitur:

Sus erat in pretio, CÆSA SUE, festa colebant.

STUCKIUS de sacrificiis Gentilium p. 43.

§. 3. Græ.



§. 3.

Græcis etiam sacrificium porcinum in usu fuisse vel unicum exemplum manifestum faciet, quoniam in sequentibus plura occurrent; ARISTOPHANES in *Pluro Act. IV. sc. I. v. 820.*

και νυν ε δεσποσης μεν ενδον βαδουσι
γυν, και τραγον, και κριον εσεφαινωμενος;

At herus intus nunc immolat

SUEM, bircum & arietem coronatus.

Lacedæmonii suillo genere in sacris plurimum sunt usi, adeo, ut regi suo de omnium porcarum partu, unum porcum lege assignaverint, ne scilicet victimis unquam ille careret, præsertim si qua in re necessaria Dii essent consulendi, quod XENOPHON *de Republ. Lacedæm. p. 671. Basil. 1568. fol.* ex instituto Lycurgi factum refert. Elegans ad sacrificium ducti apri designatio cernitur in gemma apud FORT. LICETUM *in Gemm. Annul. Antiq. scibem. 32.* & Monumentum Celticum sacerdotis suem immolandum portantis apud du CHOUËL *de La Religion des anciens Romains p. 303.* Aliquando etiam sues quinquentes mactati. HOMERUS *Od. 14. 419.* ait de sacrificio

οι δ' ον εισηγον μαλα πιονα, πεντασηρον

*Hi autem SUEM adduxere valde pingnem, QUIN-
QUENNEM.*

§. 4.

Porci ad sacrificia decimo a partu die apti erant, puri etiam habebantur, & tum porci sacres dicebantur; ALEX. *ab ALEX. G. D. L. III. c. 12.* FOETUS SUIS, decimo a partu die PURI habentur, ideo SACRIFICIALES dicti. PLAUTUS *Act. IV. Rudent. sc. 6. 4.*

sunt domi agni & PORCI SACRES.

TAUBMANNUS *ibidem,* Porci sacris destinati appella-

pellabantur SACRES, TIBULLUS *mysticos vocat*, ARISTOPHANES *μυστηκας & μυσικας*. p. 1240. JOH. SAUBERTUS *de sacrif. Vett. cap. 18. p. 364. & cap. 23 p. 506.* PITISCUS *Lex. A. R. v. Porcus*, VARRO *l. c. Qui a partu decimo die (a) habentur PURI, ab eo appellantur ab antiquis SACRES, quod cum ad sacrificia idonei dicuntur primum. Porci alias ad sacrificia electi, Eximii (b) dicebantur, quod ut majores & optimi de grege eximerentur, ut DONATUS ad Terent. Hecyr. A. 1. sc. 1. 9. MACROBIUS Saturn. L. III. 5. p. 277.*

§ 5.

Græcis hostia talis dicebatur ΑΦελης, unde HESYCHIUS ΑΦελης, ἀσινης καθαρος, ὁλοκληρος, ὁ μήτε πλεοναζων, μήτε δεων τι τε σωματος. ΑΦελης idem est quod integer, purus, perfectus, cui nihil superfluum est, nec deficit in corpore. Et hæc integritas spectabat corpus. Sed habebant quoque gentes signa quædam & criteria, quibus puritatem animæ victimæ perscrutabantur, unde PLUTARCHUS *de orac. defect.* p. 437. ait, Δει το θυσιων τω τε σωματι και τη ψυχη καθαρον ειναι, και ασινει, και αδιαφορον. Οραγ-

- (a) PLINIUS L. VIII. 51. dicit suis fatum sacrificio die quinto purum esse, pecoris die octavo, bovis trigesimo.
- (b) Uti enim ex omni genere optima quæque sacris destinantur, ita etiam singularia hostiis epitheta addita, ita Porci *eximii* ab eximendo dicti, Boves *egregii* à segregando, Oves *lectæ*, ab eligendo, quæ & alia poetis usitata satis nota sunt, ita VIRGIL. IV. *Aeneid.* 57. *Maciant lectas de more bidentes*, ibique *Comment:* & imprimis FRID. TAUBMANNUS. *Idem Poeta vocem Eximius etiam Tauris tribuit* L. IV. *Georg.* 550. Græcis etiam τῆλειος *lectæ* illæ *victimæ* dictæ, quæ ab omni vitio & macula immunes erant, quas sacer codex & scriptores Hebræi alii *דמיכה* vocant, vid. SHERINGHAMUS *ad Cod. Joma cap. VII. misn.* 4.

Oportet hostiam tum corpore, tum anima puram esse, integram, incorruptam. Quomodo vero in puritatem animæ inquirerent idem PLUTARCHUS l. c. subjicit: την δε ψυχην δοκιμάζεισι τοις μεν ταυροις ἀλφισα, τοις δε κατρωις ἐρεβιδας παρατιθένης. Το γαρ μεν γευσασμενον υγιανειν εν δίοισιαι.
ANIMAM EXPLORANT *farinam tauris, CICERES STUBBUS apponentes. Si enim non gustent, non esse sanos judicant.*
 In sacris enim omnia pura esse oportebat, *Pura vestes, pura vasa, pura hostia, purum vinum, pura aqua,* quæ cuncta ex consuetis dicendi formulis deduxit B. BRISSONIUS de Form. L. 1. cap. 8 p 6 edit. F. C. CAROLI Acad. Julia Prof. Celeb. *Requisita victimarum omnium optime conjungit POLLUX L. 1. cap. 1. segm. 29.* Τα δε προσαιχια θυιατα, ιερεια, αβρια, αβουα, ολοκληρα, υγιη, απηρα, παιμελη, αβριμελη, μη κολοβα, μη δε ευπηρα, μη δε ηνεωλεγιασμενα, μη δε διαροφα. Σολων δε τα ευπηρα και αφελη ωνομασε.
Adducenda præterea victima, sacra, integra, non exsecta, perfecta, sana, innocua, omnia et recta membra habentes, non mutila, nec imperfecta, nec membro aliquo capta, neque truncata, vel alia parte, neque distorta. Solon vero ευπηρα etiam αφελη nominavit. De integritate & puritate victimarum vid. J. P. PFEIFFERUS *Antiquitt. Græc.* L. 1. c. 14. J. G. LAKEMACHERI *Antiq. Græc.* S. p. 343. P. PICINELLI *Lumina Reflexa* p. 174. & alii.

§. 6.

Denique sus aliquando etiam (ut & hoc addam) una cum porcellis immolabatur, qualis scrofa cum triginta porculis ab Ænea mactata est, & illa SUS CONFETA dicebatur, quæ cum omni fetu adhibebatur ad Sacrificium. FESTUS p. 92. Vocabulum hoc convenientiam habere videtur cum verbo *Confatere*, quod occurrit apud JULIUM OBSEQUENTEM *Prodig. cap. 115.* dicentem: *sub simulacro Deæ (Junonis Sospitæ) cubile canis CONFOETUERAT:* qui vero locus interpretibus corrup-

tus

tus visus, quare CL. SCHEFFERUS *in notis* ita emendat, *canis confæta erat*: *Canis autem confæta est*, quæ suos omnes secum habet catulos, vel *divisim cum frætu erat*, quam utramque emendationem etiam approbat *novissimus Obsæquentis editor CLAR. OUDENDORPIUS*, pag. 160. Cæterum de *sacrificio porcino* singulorum in specie Deorum jam jam pluribus erit dicendi locus, conferantur *ALDROVANDVS de quadruped. bisulcis* p. 396. sq. *SPENCERVS de Legibus Hebr.* p. 137. edit *Pfaffii* & alii suo quique loco citandi.

CAP. II.

SUS IN SACRIFICIIS CERERIS, TELLURIS, BONÆ DEÆ ET MATRIS DEORUM, ITEM DE AMBARVALIBUS, PORCA PRÆCIDANEA, ET SUOVETAURILIBUS.

ARGUMENTUM:

§. 1. Porcus & Porca CERERI immolatus, ob tres rationes. Ceres Dea frumenti & cur? §. 2. (a) Ratio, quod *sus segeti crescenti* rostro suo damnum infert, Lex Salaminia contra tales sues §. 3. Porca *gravida Cereris facta*, & *gravida vacca Telluri*. §. 4. (b) Ratio, quod est animal *fecundum & proliferum*. §. 5. (γ) ob utilitates quasdam *suis*. Ægyptiis fuit *satioris & arationis* magistra. §. 6. Porca in *Eleusiniis sacris*. Scriptores de hoc festo, Mysteria illius non divulganda. Porca *aurea & argentea*. §. 7. Porcus TELLURI immolatus. Ceres *Δουήλη & Δνω* dicta: §. 8. BONÆ DEÆ sacrorum descriptio, ei porca facta. Sacrificium *Damium*. §. 9. *sacra Magna DEORVM Matris*. §. 10. AMBARVALIA buñ-

buntur. de fratribus *Arvalibus*. §. 11. Modus *lustrandi agros* apud *Celtas* veteres. §. 12. *Porca Præcidanea*. *Hostia succidanea*. *Sacra popularia*. §. 13. SUOVETAURILIA vel folitaurilia. *Montfauconius* notatus. §. 14. *Preces solennes* in lustratione agrorum & immolatione suovetaurilium factæ. *Pestilens* morbus agri. §. 15. Suovetaurilia facta post censum in lustratione populi. *Scriptores de Censuribus*. *Lustrum* quid? alia. §. 16. Suovetaurilia facta ad placandos manes. *ἱεσθία* apud *Græcos*. *Imagines Suovetaurilium*. Suovetaurilia quando defierint?

§. 1.

SUS primum inter victimas sacrificium fuisse, eique summam antiquitatem tribui, capite anteced. vidimus. Nunc per exemplorum inductionem eamus, & cui Deorum Dearumve speciatim *porcus porcave* (a) immolatus sit, videamus. Primum locum hic merito assignabimus CERERI: Tres vero rationes, rem curatius examinantes, afferri possunt, quare Cereri Deæ frugum & proventus (b) annui *porca* fuerit immolata.

§. 2. (A)

- (a) Notatum fuit in omnibus sacris Roman: fœminini generis victimas esse potiores. ALEX, ab ALEX D. G. L. III. c. 12.
- (a) Ceres enim primo monstrasse dicitur usum præparandi terram aratro, & semen injiciendi, metendi, commolendi, pinsendi, quæ pluribus probavit H. KIPPINGIUS *Antiq. Rom. L. 1. c. 1. §. 15.* JOH. NICOLAI *de Calcarium usu & abusu cap. III. p. 24.* ALBRICUS *de Deorum Imagg. cap. XXIII. luculenter: Ceres dicitur DEÆ FRUMENTI & SEGETUM, ac generaliter omnium seminum ac frugum, quæ terra producit, sine qua specialiter natura deficeret. VIRGI- LIUS L. 1. Georg. 147. Prima Ceres ferro mortales verte- re terram Instituit. Simulacrum Cereris æti impressum cernitur in Museo del MOSCARDI P. 1. L. 1. 22. p. 43. & P. 12. p. 371. Celebratur & illa in numo MEMMIÆdi- lit apud A. LE POIS in Disc sur les Medaill. tab. C. no. 1. p. 80.*

(A) Prima est, quod sus perdens agriculturam animal habeatur, & inventis ipsius Cereris infestum. Sues enim frumento in agris crescenti maximum damnum inferre, & plantas, frutices, & vites rostro eruere & suffodere, neminem credo fugiet, agriculturæ non plane imperitum. Ne vero inultum illud maneret, agrestes suem in honorem Deæ sementi præfectæ mactabant. Et hanc rationem reddit *HYGINUS* fab. 277: *Ceres fruges serere, boves domare, & alumno suo Triptolemo fruges serere demonstravit, qui cum sevisset, & sus id est porcus (verba hæc pro glossemate habentur) quod severat, effodisset, SUEM COMPREHENDIT, & duxit ad ARAM CERERIS, & frugibus super caput ejus positis, eidem CERERI immolavit, LVD. NONNIUS* L. II. de Re Cib. cap. I. Cereri, inquit, porcum immolabant, quod ille segetes everteret, quemadmodum Caprum Baccho, quod vitibus noceret; itaque nocua hæc animalia primum sacrificarunt, ob damna, quæ agricolis inferrent, Deos rati sacrificia hæc lubenti animo suscipere, quod ab infestissimis suis hostibus pœnas exigent. Nec Poetæ ablu-
dunt, *OVIDIUS* L. XV. Metam. v. III.

Prima putatur

Hostia *SUS* meruisse mori, quia *SEMINA PANDO ERUERIT ROSTRO*, spemque interceperit anni.

Et *IDEM* Fastor. L. I. 349.

Prima *CERES* avida gavisa est *SANGUINE PORCÆ*
Ultra suas merita cade nocentis *OPES*.

Nam fata vere novo teneris lætæntia sulcis
Eruta *SETIGERÆ* comperit ore *SUIS*.

CALLIMACHUS Hymno in Dianam vs. 157.

- Σους ἐργα, σους Φυλα λυμαινοῖται.

Sues agrorum opera, sues plantas devastant.

PITISCUS Lex. Antiq. Rom. v Porca. *J. LOMEIERI* Epimæ-
nides cap. 29. p. 347. *SCHOLIASTES* Aristophanis in Ranis
A. I. sc. 7. Χοίροι ἢ Δημητρί, καὶ τῷ Διωνυσῷ ἐθροῖσι, ὡς λυμαινοῖ-
ται

και των θιων δωρηματων. **SUES CERERI** ἢ Baccho ματαβα-
 untur, tanquam perditores utriusque Dei donorum. **ÆLIANUS** de
 Animal. L. X. c. 16. p. 590. Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τοῖς μυστηρίοις κατὰ
 θύσασιν ἴας ὕς, καὶ μάλα δικαίως, λυμαινοῦνται γὰρ ἴα ληρία, καὶ
 εἰς πηδησάσαι πολλὰς τῆς μὲν κείνης τῶν σαχρῶν, καὶ ἕδωπα ἄρνας
 καὶ αὐλοῦσι, τῆς δὲ ἐξορῶσιν. Athenienses in Mysteriis jure op-
 timo **SUES IMMOLANT**, propter **FERNICIEM**, quam **SE-**
GETIBUS moliantur. Nam ex spicis saepe illas, quæ nondum ad
 maturitatem pervenerunt, vastant, alias effodiunt. **PHURNU-**
TUS de Natura Deorum cap. 28. in Th. Gale Opusc. Myth. p. 210.
 ὕς δὲ πληγὰς προσανέλεν λέγειναι, διὰ τοῦ ἴας ὕς δοκεῖν ληϊστοτείας
 εἶναι. Dicitur (de Cerere loquitur) ἢ porcos interfecisse, quia
 istud animal **SEGETEM DEPASCERE ET VASTARE** con-
 sueverit. **QUINTUS CALABER** L. XI. 170. sq. p. 568.
 comparat Græcos depulso porcis a canibus ex segete
 fugatis:

Ὡς δ' ὅτε τις σιαλοισῶ ἀνῆξ' ἐς λήϊον αἶνον
 ἐρχομένοις, πρὶν ἀμαλλὰν ὑπ' ἀμνηγεσι δαμναί,
 ἄνι ἐπίσσειν κρᾶξεως κούας.

Ac veluti vir quispiam in **PORCELLOS, IN ARIDAM**
SEGETEM
IRRUENTES, antequam manipuli a messoribus fuerint pro-
 strati,

Obviam concitat robustos canes.
CELEB. BOCHARTVS Hieroz. P. I. L. III. 29. p. 982. 983. ex
 Græcis scriptoribus multa exempla aprorum, Caly-
 donii, Samii, Erymanthii, Clazomenii agros devastan-
 tium excerptit. **ÆSGHYLUS** apud **ATHENÆUM** L. IX. c.
 4. p. 375. porcum sacrificari jubet, quoniam multa
 damna domui intulerat:

Θύσας δὲ χεῖρον τὸν δὲ τῆς αὐτῆς ὕος
 ἢ πολλὰ γ, ἐν δόμοισιν ἐεργάσαι κακὰ
 Δούσα καὶ τρεπύσα τυρβ' ἀνώ καίω.

PORCUM SACRIFICA, cum ipsa **SUE**
 Multis ades affecit illa damnis,
 Quatiens, evertens sursum, deorsum, omnia conturbabit.

**Salaminii eum in finem severam legem tulerunt in
sues agros depascentes, quam refert ÆLIANUS L. V.
de Anim. cap. 45. Εν Σαλαμίνι δε χλωρο σίης και λήϊς κομώντος
εάν ους πεσσα αίπωκερη, νεως εστὶ Σαλαμινίων τρε οδονας ἐκεί-
βεν αὐτης. και ἴσο είναι το παρ' Ουνης, σους ληϊβοτερη; Φασιν.
In Salamine: si sus segetem herbescentem fuerit depastus,
EJUS DENTES lege Salaminensium EXTERUNTUR; atque
hanc esse ajunt apud Homerum SUEM FRUGIVORAM. NIC-
CAUSINI Parab. Hist. L. VII. c. 109. p. 363.**

§. 3.

Imprimis Porcam GRAVIDAM Cereri immolabant;
teste enim **MACROBIO L. III. Saturn. C. XI. p. 290. ad diem
duodecimum Calendas Januarias Herculi & Cereri faciunt SUE
PRÆGNANTE, panibus, mulso; Eadem repetit ALEX ab
ALEX. D. G. L. III. c. 12. Herculi & Cereri XII. Calendas Ja-
nuarias SUE, panibus, & mulso sacrum fit, si tamen SUS PRÆ-
GNANS fit, aliter non habetur pura. OVIDIUS L. II. ex Pontro
El. 9. 30.**

Vana laborantes si fallat vota coloni

Accipiat GRAVIDÆ cur SUIS EXTA CERES?

IDEM L. I. Fast. 671.

Placentur frugum matres, TELLUSque CERESque

Ferre suo, GRAVIDÆ visceribusque SUIS.

**MACROBIUS L. I. Saturn. c. XII. p. 171. Affirmant quidam
Majam, cui mense Majo res divina celebratur, terram esse, hoc ade-
ptum nomen a magnitudine; sicut & magna mater in sacris vocatur,
assertionemque astimationis suæ etiam hinc colligunt, quod SUS
PRÆGNANS ei maciatur, quæ HOSTIA PROPRIA EST
TERRÆ. Hinc sæpius in numis Romanorum, inter ea,
quæ ad agriculturam faciunt, apparet sus, cujusmodi
Pausæ est apud **GVIL. du CHOVL de Relig. Vett. Rom. p. 119.
120. JOSEPHUS SCALIGER** produxit etiam numum **Q.
VIBII (a) C. T.** ubi *Ceres, cum porca cernitur, Castigat. in
Tibull.***

**(a) Ex eadem Vibia scilicet familia fuit Cajus Bibius Fausus id
est**

Tibull. L. I. Eleg. X. quales numi plures ob lætam messera
Cereris donum cusi sunt. Ratio est in promptu, cur
porcam gravidam mactarent, quia terra tum etiam femi-
 ne gravida erat. Eandem reddit *OVIDIUS L. IV. Fast. 6 3.*

Nunc gravidum pecus est, **GRAVIDÆ** quoque semine
TERRÆ,

Telluri plena **VICTIMA PLENA** datur.
 Eum in finem *vaccam gravidam* telluri etiam mactabant.
OVIDIUS L. IV. Fast. 665.

Morte boum Tibi, rex, Tellus placanda duarum

Detque sacris animas una juvenca duas.

& vers. 670.

GRAVIDÆ posceris exta **BOVIS.**
 Extra bovis gravida dantur, fecundior annus
 Provenit, & fructum terra pecusque ferunt.

BION Idyll. IV. in colloquio Cleodami & Myrsonis Pa-
 storum, quærit alter alterum, quam partem anni ille
 optaret, aut jucundio rem haberet, vovit alter vers. 15.

Ἐιαρ ἔμοι τριποθαῖον ὄλω λυκάβασι παρειν
 Λυκα μήε κρυος μήθ' ἄλιος ἀμυθαρυες
 Ἐιαρι παντα κρυει, παν' εἰρος ἀδεια θλασει.

Ver mihi ter exoptatum toto anno adsit,
 Quum neque frigus, neque sol nos gravat,
VERE OMNIA FOECUNDA sunt, omnia vere suavia
 germinant.

§. 4.

(B) Secunda Ratio est, quod ob fecunditatem &
 fre.

))) 3

est **VIBIUS**, cujus gemma elegantissime cælata cernitur in
 A. Fr. *GORII Inscriptionibus Antiquis Græcis & Romæ, quæ
 exstant in urbibus Etrurviæ P. I. in urbe Florentia tab. VI. fig.*
 III. in qua porca mammis parvulos suos lactans, boni om-
 nis symbolum, ut explicat A. M. *Salvinius in Observat. p.*
 58. *Florent. 1727. fol.*

frequentem prolem animal hoc Cereri immolatum fit, ut me docuit PHURNUTUS de natura Deorum, p. 211. Θουσι δ' ὅς ἐγκυμονας Δημήτρι, πανυ δίκεσας. Το πολυγονον και ἐυσυλληπτον και τελεσφορον παριστάνεις. Immolant autem Cereri admodum convenienter SUES PRÆGNANTES, propter terræ fertilitatem, & FACILEM CONCEPTUM, & absolutam maturitatem. Convenit hic fabula apud ÆSOPUM cap. 69. cum sus & Canis, de sæcunditate certarent, dixit Canis, FOECUNDAM se esse maxime pedestrium omnium, & sus occurrens, inquit, scito cæcos tuos te catulos parere.

§. 5.

(C) Tertiam etiam addo rationem, quod nempe Utilitas quedam ex hoc animali in humanum genus redundarit, cum artem arandi & invertendæ terræ rationem primum ex suillo rostro Veteres didicerint. Licet enim Ægyptiis hujusmodi animal ut impurum, detestabile & voracissimum haberetur, tamen eo in agricultura utebantur, ut recens injectum agro semen pedibus inculcarent, & humo obtegerent, ne ab avibus devoraretur, sed eo felicius & copiosius cresceret. PLUTARCHUS *quest. symp.* L. IV. pr. V. dicit Ægyptios ideo revereri suem, quod sationis & arationis magistra fuerit. Πρώτη γὰρ χιτισσα ἴω προχάνη ἴης ἀρχῆς (ως Φασί) ἴην γην, ἰχθὺς ἀερίσεως ἔθηκε, καὶ ἴω ἴης ὑπὸς ὑψηλοῦ ἐγγονοῦσεν και ἴνομα γενεῶσαι ἴω ἐργαλειῶ λεγούσιν. ἀπο ἴης ὕος. Prima enim sus (ut ajunt) rostro terram findens vestigium arationis impressit, ac vomeris opus subministravit, quem hynis inde dictum sunt, qui putent. In sequentibus eadem leguntur, quæ & apud ÆLIANVM occurrunt, L. X. de Anim. cap. 16. Εὐδοξὸς δὲ Φησὶ Φειδομενὸς τὴν Αἰγυπτίους τῶν ὕων μὴ θύειν αὐτὰς, ἔπει τὴ σὴν σπαρτῆρος ἱπαγχοῖ ἴας ἀγέλας αὐτῶν. αἱ δὲ παῖσαι τῆς πυρῆς, καὶ εἰς ὑγρὰν τὴν γην ὠθεύουσιν, ἵνα μὴ κρημνίζουσιν, καὶ μὴ ὑπο τῶν ἀνέμων ἀναλωθῆν. Eudoxus inquit, Ægyptios ab immolandis suis parcentes eis se abstinere: quod postea-

posteaquam sementem fecerunt, eorum greges ad proterendam
 & CONCULCANDAM FRUMENTORVM SATIONEM
 atque depellendam in altiore[m] terram & humidio[re]m induce-
 re soleant, ut hac quasi occasione terra obducta, ne ab avibus
 semina exhauriantur.

§. 6.

In ELEUSINIIS SACRIS Cerevis in honorem celebra-
 tis etiam porca mactabatur, quæ inde *Mystica* dicebatur,
 unde ARISTOPHANES *Acharn. Act. III. sc. 2. 17.* filias suas
 pro porcis vendere volens, jubet, ut saccum ingressæ,
 ita grunniant, ut porci mystici esse videantur.

Κ' ἤπειθεν ἐς τὸν σακκὸν ὡδ' ἐσθλαυεῖε
 Ὅπως δὲ γευλιζέειε καὶ κοιζέειε
 χησέειε Φωνὰν χοίρειων μυστηρικῶν

In saccum hunc sic irrepite,
 Grunnite insuper, & coiffate

Et PORCARUM vocem emittite quasi MYSTICARUM.

Et paulo post interrogatus, quid ferret, porcas se my-
 sticas ferre respondit: *Act. III. sc. III. 15.*

Χοίρειε ἐγώνυα μυστικᾶς

PORCAS mecum apporto MYSTICAS.

SCHOLIASTES causam affert δια το ἐν τοῖς μυστηρίοις τρε η-
 μνηστος θυεσθαι χοίρειε, propterea quod in MYSTERIIS CERERIS
 (a) sacrificarentur PORCÆ.

ÆLIA-

- (a) Conferri merentur Autores, qui pluribus Eleusiniorum ar-
 gumentum inquisivere, quos inter eminent J. MEURSI
*ling. liber de Cerevis Eleusinia sacro ac festo in Jac. GRO-
 NOVII Thes. Antiq. Græc. T. VII. p. 109. & Auz. cit. a
 J. A. FABRICIO Bibl. Antiq. p. 312. vid. PITISCUS in
 Lex. Antiq. M. de BOSE dans les memoires de Litterature
 de l' Academie Royale T. VI. p. 430. sq. ubi & de institu-
 tione hujus festi in marmore sepulchrali depicta, egit.
 ESCHEN-*

JELIANUS l. cit. Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τοῖς μυστηρίοις καθάρουσι τὰς ὑς.
Athenienses in MYSTERIIS MACTANT SUES. TIBULLUS
L. 1. El. 10. 25.

At nobis arata lares depellite tela,
Hostiaque e plana MYSTICA PORCUS bara.

TURNEBII Advers. L. XXIX. 32. p. 1055. Imo etiam
 cruore earum sedilia templi tangebant, quod testatur
Idem SCHOLIASTES ἑωθασιν οἱ Ἀθηναῖοι σφαζεν δελφανα,
 και εαινω τας καθεδρας τω αιματι αυτη εἰς τιμην της Δημητρεος.
id est, Consuevere Athenienses sacrificare PARVAM PORCAM
Δελφανα, & LINIRE CATHEDRAS sanguine ejus in honorem
Cereris. Mystera hæc sub silentii sigillo peracta, &
 minime enuncianda fuisse, ex consuetis loquendi mo-
 dis demonstravit *B. BRISSONIVS de form. L. 1. cap. 2.*
p. 3. cui junge ILL. SPANHEMIUM ad Callim Hymn. in
Cerer. v. 1. ALEX. ab ALEX. L. VI. c. 19. & ibi TIRAQUEL-
LUM. Cæterum annectere hic lubet *PORCAM AUREAM*
 & *ARGENTEAM*, quæ secundum *Capitonem Aëtium* apud
FESTUM, p. 356. etsi numero hostiarum non sint, nomen ta-
men earum habent, altera ex auro, altera ex argento facta,
adhibentur SACRIFICIO CEREALI. Moris hujus præter
Festum nemo meminit, DACERIO ibidem monente.

§. 7.

Quoniam vero extra aleam Cerecem (a) & Tellurem
 (b) idem numen esse creditur teste *EURIPIDE in Bacch.*
v. 276. Δημη-

ESCHENBACHIUS in Orphei Argonaut. p. 264. J. G.
LAKEMACHERUS Antiq. Gr. S. p. 615. sq. docte & con-
cinne. JOH. FASOLDUS de Fests Græc. Dec. II. cap. 1.
p. 107.

(a) Non tantum copulari, sed etiam jungi & easdem esse *Ve-*
stem, Deorum Matrem, Cerecem, Opem, Terram demonstrat
G. D' ARNAUD in Comment. de Diis Παρθεοῖς cap. XXII.
p. 141. sq.

(b) *Ceres live Terra mater annumeratur Diis inferis Θεοῖς ἑρδω-*
νιοῖς

Δημήτης Θεα
 Γη δ' ἐστίν, ὄνομα δ' ὀπίσθρον βελει, καλεῖ.

CERES DEA

TERRA est, nomine vero, utro vis, eam appella.
 & aliis, ita & immolatio porci Telluri adscribitur a Vete-
 ribus FESTUS p. 351. PLENA SUE TELLURI MATRI sacri-
 ficabatur, quod pecudis id genus, cum feritur, satis inimicum,
 quia rostro semen fodiendo corrumpet: ANT. AVGVSTI-
 NVS, & JOS. SCALIGER in nott. ad h. l. ARNOBIVS L.
 VII. TELLURI matri SCROPHA ingens immolatur FOETA.
 HORATIUS L. II. Epist. I. 142.

)()(

Cum

nois (quibus itidem porcus immolatus, ut alibi pluribus)
 Proserpina nempe Plutoni & Mercurio, qui in mortuorum
 cura pro diversa tamen ἔρασι, communi opera gaudebant,
 & collegium aliquod separatim constituebant, & Ceres
 five Δημήτης curam ideo mortuorum gerebat, quia terra
 mater omnes mortuos excipit, & in sinu suo recondit. vid.
 CEL. RELANDI Diss. Miscell. P. I. p. 197. Unde vero
 Dea hæc Δημήτης dicta, sub iudice lis est. Optime me
 iudice dicitur a Δηω nomine Cereris apud Poetas frequen-
 ti & Mater, quod occurrit apud LYCOPHR. Alex.
 v. 621.

Δηοῦς ἀνεναί μὴ ποτ' ὀμπνιον εἶχεν

Ut nunquam Cereris almam emittant aristas

ubi TZEZES Δηω λεγέσθαι ἢ Δημήτης, παρὰ τῷ δαίω, το μ-
 εἶω, ἢ μεμερισμένη πασσιν. & THEOCRITUM. Id. VIII. 3.

Τα ΔΗΟΙ γὰρ εἶτευχε θαλυσια

Cereri faciebat Thalyssa

PHURNITUS cap. 28. Alia loca apud EURIPIDEM, ARIS-
 TOPHANEM, THEOCRITUM aliosque attulit Idem RE-
 LANDUS T. II. l. c. p. 104. JOH. PÖTTERUS ad Ly-
 coph. l. c. p. 153. 155. MENAGIUS ad Diog. Laert. T. II.
 p. 320.

*Cum sociis operum, & pueris, & conjuge sœdæ
TELLVREM PORCO, Sylvanum lacte piabant.*

§. 8.

Eadem Dea, quæ Ceres & Tellus dicitur, occurrit etiam sub tertio Nomine *BONÆ DEÆ*, (a) qui titulus ei summo jure competit, quoniam mortalibus bonitatem & benignitatem suam præ reliquis Diis insigniore & uberiore modulo impertit, & omne, quod mortale est, ex divite terræ penu sustentatur. *CORNELIUS LABEO* apud *MACROBIUM* L. 1. sat. p.171. illud amplius explicat, quando eandem esse *Bonam Deam* & *Terram* „ex ipso ritu occultiore sacrorum doceri posse confirmat. Hanc eandem *Bonam Deam Faunamque* & *Opem* & „*Faunam* pontificum libris indigitari. *BONAM*, quod „omnium nobis ad victum bonorum causa est. *FAUNAM* (b) quod omni usui animantium favet. *OPEM* „quod ipsius auxilio vita consistet. „*FATVAM* a fando &c. Dea hæc digna habita, quæ a solis mulieribus ministraretur, ut proinde maribus omnis accessus consueta formula *Ite profani* (c) interdictus fuerit, unde *JUVENALIS* sat. VI. 314. festum illius appellat.

Nota

- (a) Græcis *Gynæcia* dicebatur, eique Romani canem immolabant, pro his, qui domi nascebantur, dicebatur etiam ea ex corruptibilibus generationes facere, & quum res divina illi fieret, optabant nemini boni evenire, qui domi nasceretur. *ALEX. ab ALEX.* L. III. c. 12.
- (b) *Fauni* soror vel conjux fuit. *LACTANTIUS Institutt. Divin.* L. I. c. 22.
- (c) De formula hac in sacris usitata pluribus *BRISSONIVS* l. c. p. 2. E contra quibusdam sacris mulieribus inter esse non

Nota BONÆ SECRETÆ DEÆ.

PROPERTIUS L. IV. El. 10. 25.

*Femineæ loca clausa Deæ, fontesque piandos
Impune & nullis sacra resecta viris.*

vers. 53.

*Parce oculis hospes, luoque abscede verendo:
Cede agedum, & tuta limina linque fuga.*

TIBULLUS L. I. VI. 22.

Sacra BONÆ MARIBUS non adenda DEÆ.

Quin imo tantam puritatem animi & corporis matronæ præ se ferebant, ut etiam picturæ animalium masculorum contegerentur. SENECA *Epist.* 98. JAC. OUZE-
LIUS *ad Minut. Felic.* p. 140. G. I. VOSSIUS *Theol. G. L. IX.*
c. 27. p. 270. J. PASSERATIUS *ad Propert. ll. cc.* p. 675.
679. 680. PLUTARCHUS *Quæst. Rom.* p. 16. Ὁυ γὰρ μόνον
ἐξομιῶσι τὰς ἀνδρας, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἀγεῖν ἐθέλουσιν τῆς οἰκίας,
ὅταν τὰ νενομισμένα τῆ θεῶ ποιῶσι. Non enim solum maritos,
sed omnes in universoni mares domo exterminant, cum Deæ sa-
cris operantur ritibus. Inde etiam sacra hæc *Mysteria Ro-*
mana appellata esse vult J. Fr. GRONOVIIUS *Libro novo*
(sive IV) Observatt. cap. IX. p. 139. Mulieres Bonæ Deæ
sacra facientes *Vinum ei libabant*, quod tamen *lac nomi-*
nare solebant, & vas, in quo vinum inditum erat, *Mel-*
larium appellabant, teste MACROBIO L. I. *Sat. 12.* p. 172.
MEURSIUS *ad b. l. PLUTARCHUS l. c.* p. 15, 16. Οἶνον δὲ
αἶνῃ σπινδῶσι, γαλα προσαγορευοῦσα VINUM ei sub LACTIS
nomine libare solent. Sacra hæc quotannis noctu (a) cele-

)()(2

bra-

non licebat IDEM p. 7. no. 10. conf. SELDENUS *de sy-*
nedr. L. I. c. 10. p. 275. J. PH. PFEIFFERI *Antiq. Græc.*
p. 85.

- (a) Græcis & barbaris sanctiora fuerunt semper nocturna sa-
crificia, apud Romanos vero lege Romuli cautum fuit,
nocturnas in templo vigiliis ne habento. Ita etiam in legi-
bus

brabantur in domo Pontificis Maximi pro salute populi Romani. Quæ tamen postea mirum quantum immutata, & omni flagitiorum & libidinis genere conspurcata fuere, cum abditissima hæc & propudiosa sacra in subterraneis & fornicatis hujus Deæ sacellis ad libidinem implendam agebant, qualia execranda Priapi sacra etiam in cryptæ recessibus celebrabantur. Hinc CICERO *Oratione in P. Clodium* (a) invehitur, quod, quia Muciam Cæsaris uxorem amabat, veste muliebri indutus & sacrificantium sceminarum turba permixtus, ædem Pontificis M. intraverit, ut amicam salutare posset, quare eundem nominat Hominem eum, qui pulvinaribus BONÆ DEÆ suprum intulerit, eaque sacra, quæ Viri oculis, ne imprudentis quidem, aspici fas est, non solum aspectu virili, sed flagitio stuproque violarit. ON: PANVINII *Civitas Romana*, p. 144. sacrificium hujus Deæ contabat Porcæ, qua illam placare solebant, teste JUVENALI *Sat. II.* 86.

*Atque BONAM tenera placant abdomine PORCÆ
Et magno cratera DEAM.*

Mus.

bus XII. tabularum, teste CICERONE *de Legibus L. II.* sancitum fuit, *nocturna mulierum sacrificia ne fiant, præter illa, quæ pro populo rite fient.* Damium ergo, id est sacrificium quod pro *dnæ* populo fiebat, lege hac non prohibitum fuit, quin potius concessum. Imperatores Valentinianus & Valens in *Cod Theod. de Malef. L. VII.* contra nocturnos conventus statuerunt. *Ne quis deinceps NOCTURNIS TEMPORIBUS aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut sacrificia funesta celebrare conetur.* De sacris nocturnis Veterum *vid. diss. WEBERI Lips. 1719. 4. J. MEURSI Miscell. Lacon. L. 2. cap. 14. D. KANSDORFII diss. de sacris Nocturnis Vett. RELANDI Diss. Miscell. P. I. p. 202.*

(a) De hoc Clodii factio confer SUETONIUM *Jul. Cæs. cap. VI.*

Mulsium & Crustulum Bonæ Deæ oblata fuisse patet ex Inscriptione, quæ occurrit in A. F. GORII Inscriptionibus Florentinis P. I. p. 316. Inscript. 64.

NATALI AUGUSTÆ MULSUM ET CRUSTULUM
MULIERIBUS VICANIS AD BONAM
DEAM PEGUNIA NOSTRA DEDIMUS.

Festum hujus Deæ proprio nomine dicebatur *DAMUM*, de quo *FESTUS* p. 113. *DAMUM* sacrificium, quod fiebat in operto, in honorem BONÆ DEÆ, dictum a contrarietate, quod minime esset δημοσιον id est publicum. Dea quoque ipsa Damia, & sacerdos ejus Damiatrix appellabatur. *JOS. SCALIGER* ad b. l. & alii negant, festum hoc καὶ ἀνθηροσίου quasi minime publicum, sed potius publicum nominandum, quoniam pro populo publicis sumptibus fiebat. vid. *N. JACERRA Philol. T. II. P. XI. p. 717. sq. PITISCUS ad Sueton. Cæs. l. c. p. 14 COMMENTATT. ad Juvenalis ll. cc. H. KIPPINGII Ant. Rom. L. I. X. §. 12. C. C. W'OOG diff. de Hereditate sacrorum privatorum. p. 11. Lipsf. 1738. TH. REINESIUS ad Inscriptionem 125. L. I. p. 161.*

§. 9.

Eadem hæc Bona Dea occurrit etiam sub nomine MAGNÆ MATRIS DEORUM & eadem cum Terra est; *MACROBIUS* L. I. Saturn. cap. 21. p. 210. *quis ambigat matrem Deum Terram haberi?* Figuram ejus optime descripsit *LUCRETIVS* L. II. 598. sq. E Phrygia cultus ejus Romam delatus, & Oraculorum jussu introductus, cujus ritum tradidit *LIVIVS* & *OVIDIVS* in *Fastis* Communis omnium Mater habebatur, a qua & omnium rerum creatarum cultum dependere putabant, unde & in *Inscr. apud REINESIVM* Cl. I. XXXIX. p. 64. *SUMMA PARENS* dicitur, & Mater Deum salutaris in numo *Faustinae* apud *ILL. SPANHEMIUM* ad *Imperat. Juliani* p. 194. Cætera conveniunt, cum sacris Bona Dea. Huic Deæ

Deam itidem *porcam mactatam* fuisse patet ex *SERVIO* ad *Virgilio Aen. L. VIII. v. 84.* ubi poeta refert, Æneam Junoni candidam scropham cum porcellis immolasse, quam Deam *Scholias* *SERVIVS* ex mente Theologorum de *Matre Deum*, quæ etiam *Terra* dicitur, explicat, ut alibi monuimus. *ALEX* ab *ALEX L. III. 12.* de sacrificio *Matris Deorum: DEORUM* quoque *MATRI* nullum sacrum nisi de *PORCA* fieri permittit. - - & paulo post: *In sacris Dea Phrygiæ, quæ Matua & Mater Deum dicta est, cui Galli exsecti membra secabant, cymbala pulsantes, PORCAM* tanquam impuram hostiam Romani non admiserunt. Ex his concludo, alicubi *Matri Deum* nullum aliud animal præter *porcam* factum esse, & Romanos *porcam* tanquam impurum animal in sacris *Cybeles* vetuisse.

§. 10.

In *Divæ Cereris* honorem celebrabant *Veteres AMBARVALIA*, ut scilicet felicem frugum germinationem (a) uberem proventum agrorum expeterent, neve seges messem fallacibus herbis eluderet, mensè Majo lustrabant agros suos, in *Ambarvalibus*, quæ plurimum ad fertilitatem conferre putabantur. Ritus horum sacramentorum erant sequentes. Quisque *Paterfamilias* eligebat sibi hostiam, quæ erat *porca*, in *Cereris* (b) sacrificium, cuius

- (a) Græci in honorem *Cereris* ob anni fertilitatem tria festa celebrabant, ἄλωις, θαλοσσία & προχαριστήρια dicta, quæ singula descripsit *JOH. FASOLDUS* in libro de *Festis Græcorum* p. 173. 174. & 190.
- (b) Singulares quidam *Dii* in sacro *Cereali* invocati sunt, quos nominavit *SERVIVS* ad *L. 1. Georg. 21.* nempe *Verva-Florem, Reparatorem, Imporcitorem* & plures alios. Pertinet huc *Saturnus Stercutius*, a Romanis ita vocatus, quod primus

cujus collum querna corona ornabant, eamque ter circum sata ducebant, quam omnis rucolarum chorus quernis frondibus ornati, & laudes Cereris ebuccinantes, cum tripudiis & ovationibus sequebantur. Ad hunc ritum respicit **TIBULLUS** L. II. *El.* I. V. I.

Quisquis adest, faveat, FRUGES LUSTRAMUS ET AGROS,

Ritus ut a prisco traditus extat avo.

& vers 17.

Dii Patrii, PURGAMUS AGROS, PURGAMUS AGRESTES,

Vos mala de nostris pellite limitibus.

Totam pompam ruralem descripsit **VIRGILIUS** *Georg.* L. I. 343.

*Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte favos, & mihi dilue Baccho,
Terque novas circum felix (a) eat hostia fruges
Omnis quam chorus, & Jocii comitentur ovantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta, nec ante
Falcem maturis quisquam supponat aristas
Quam Cereri, torta redimitus tempora quercus,
Det motus incompertor, & carmina dicat.*

LUCANUS L. I. *Pbarsal.* v. 591.

*Mox jubet & totam pavidis a civibus urbem
Ambiri, & festo purgantes moenia lustro;*

Lon-

mus stercore foecunditatem agris comparaverit. **MACROBIUS** L. I. *Saturn.* cap. 7. p. 152. de divinis agrorum nominatis *vid.* **SALMASIUS** *Plin. Exercit.* p. 724. Preces Cereri & Telluri operum confortibus faciendas concepit **Ovidius** & *alii*, apud **BRISSONIUM** *de form.* L. I. cap. 91. p. 51.

(a) **SERVIVS** *ad h. l.* Felix hostia, id est, foecunda, & dicit *Ambarviale* Sacrificium, quod saepe de porca foecunda & gravida fieri consueverat.

*Longa per extremos pomeria cingere fines
Pontifices sacri quibus est permiffa potestas.*

Meminit & hujus victimæ *VOPISCUS* in *Aureliano* p. 316. *Ium est deinde ad templum, inspecti libri, prodici versus, lustrata urbs, cantata carmina, AMBURBIUM CELEBRATUM, AMBARVALIA promiffa, atque ita solemnitas, quæ jubebatur, expleta est.* Amburbia fiebant, cum urbs & pomerium lustrabatur, & circum terminos urbis Romæ ducebantur, ut speciatim indicat locus *Lucani* modo citatus. Interdum vero facto Amburbio Ambarvalia in finibus agrî Romani fiebant, quare *JOS. SCALIGER* ad *Festum*, ad vocem *Amtermini*, Amburbia ab Ambarvalibus non distinguit, sed eadem esse scribit. *TURNEBIUS* *Advers.* L. XVIII. cap. 17. Ambarvalis hæc victima postea publice a fratribus Arvalibus (a) Cerei fiebat. *POMP. FESTUS* p. 23. *AMBARVALES HOSTIÆ* (b) appellabantur, quæ pro arvis a *DUOBUS FRATRIBUS* sacrificabantur. Item *AMBARVALIS HOSTIA* est, quæ rei divina causa circum arva ducitur ab iis, qui pro frugibus faciunt, quem etiam laudat in explicatione hujus vocis *MACROBIUS Saturn.* III. 5. p. 278. *SCALIGER* & alii in notis ad *Festi* locum dudum monuerunt a fratribus duodecim scribendum, quoniam collegium fratrum Arvalium XII. membris constabat, ex difertis testimoniis *PLINII* L. 18. 2. *ARVORUM SACER-*

- (a) De Origine & sacerdotio Fratrum Arvalium vid. *FENESTELLA* cap. III. *POMPONIUS LÆTUS* cap. IV. *Nova Acerra Philol.* T. I. p. 677. sq. *ON. PANVINII Civitas Romana* p. 38. 174. *PHIL.* a *TURRE Monumentis Veteris Antii*, addita sunt *Fragmenta Inscriptionum Fratrum Arvalium recens in agro Romano effossa.* Romæ 1700. 4. *TH. REINESIUS* *syntagm. Inscript. Antiq.* p. 180.
- (b) *Hostia Lustrales* appellantur in *Inscriptioe Tollentina* apud *REINESIUM* p. 1016. & 1018. *Sacrificium ipsam aliaque acta Fratrum Arvalium celebrantur in Inscript. apud J. SPONIUM* *Miscell.* p. 5.

CERDOTES Romulus in primis instituit, seque duodecimum FRATREM appellavit. FWLGENTII in Expositione serm. An-
 sig. T. II. MUNCKERI Myttb. Lat. p. 172. & GELLII L. VI.
 7. Error ab amanuensibus derivandus, cum loco XII.
 scripserint II. & numerum denarium omiserint. ALEX.
 ab ALEX. L. III. c. 12. integrum horum sacrorum ritum
 brevisus absolvit: AMBARVALE SACRUM nisi de POR-
 CA FOECUNDA ET GRAVIDA, aut vitula, fieri non
 consuevit. Est autem sacrum ambarvale, cum arva & segetes
 solenni victima lustrantur. Eam victimam maturis frugibus
 ter circum arva ducere convenit, omnesque post eam clamantes
 sequi: ex quibus unus querna ornatus fronde, cum solenni sal-
 tatu, composito carmine Cereri decantabat laudes, ac postquam
 lacte, vino & favo libassent, antequam fruges metere-
 rent, PORCAM Cereri immolabant, quae PRÆCIDANEA dicta est.
 LOMEIERUS de Lustrat. c. 29 p. 346. BROCKHUSIUS
 ad Tibulli l. c. STRUVII Antiq. R. p. 388. J SAUBERTUS
 de sacrif. p. 397. ROSINUS L. IV. 17. JOH. HERMANSON
 diss. de Ambarvalibus sacris Upsal. 1727.

§. II.

Veteribus Celtis idem modus lustrandi agros in usu
 fuit, de quo monumentum adhuc superest, in porta Ec-
 clesiae urbis Bellojovii (Beaujeu) quod monumentum
 JACQ. MARTIN in tractatu Gallico, la Religion des Gaulois
 cap. XI. T. I. p. 103. ita descripsit: „ Ce monument
 „ represente une rase campagne, ou sont trois Gaulois
 „ bien connoissables a leur habits & a leur air. Le
 „ sacrificateur, ou le Pretre marche le premier portant
 „ un panier de la main gauche; suit un victimaire nud
 „ de la ceinture en haut, & portant la victime morte
 „ sur les epaules; En dernier lieu vient un jeune victi-
 „ maire nud comme le premier, qui tient un pot olla,
 „ de

)()()(

„de la gauche, & une masse, qui a servi a assommer la
 „victime, la quelle estoit un *Porc* ou un *SANGLIER*, car
 „on ne peut guere distinguer, lequel c'est des deux.
 „On voit clairement, que la victime a ete deja egorgée
 „& présentée, & que ces Gaulois se retirèrent pour l'aller
 „demembrer, & en faire cuire les chairs dans l'*olla* du
 „jeune vicimaire. Le Pretre est nupieds aussi, bien
 „que ses ministres, & a sa tunique retroussée, jusques
 „aux genoux; il est nu tête & avancé en age. Je ne
 „scai si le panier qu'il tient, tenoit lieu chez les Gau-
 „lois de l'*ascerra* des Romains. Quoiqu' il soit plus
 „vrai-semblable, que ce panier serroit a ferrer les cou-
 „teaux sacrez, ou bien a porter des gateaux, qu'on of-
 „froit aux Dieu. On peut encore prendre pour cuil-
 „lier a pot, ce que j'ai dit, être la masse, avec laquelle
 „on avoit assommé la victime. L'*olla* semble en effet
 „determiner cette figure à ce dernier sens. Quoique
 „a vrai dire, on ne puisse pas assurer plutôt l'un que
 „l'autre, parce qu'ils ont tous deux leur garant. En-
 „fin la victime, que le vicimaire emporte a les pieds
 „tournez vers le ciel, selon la contume. Si l'on pou-
 „voit expliquer la religion des Gaulois par celle des
 „Romains, on disoit que le sacrifice dont je viens de
 „faire la description, estoit ce que le derniers appelloient
 „*AMBARVALIA*, c'est à dire un sacrifice, qu'on fai-
 „soit a la campagne pour expier les champs, en faisant fai-
 „re a une truye pleine, qui serroit de victime, plusieurs
 „tours autour des terres, que l'on vouloit expier. Cette
 „ceremonie paroît avoir ete en usage dans les Gaules:
 „car Sulpice Severe assure, que les Gaulois, sur-tout
 „de la campagne, promenoient par les champs leurs
 „idoles couvertes de grands linges blancs., *Hæc enim
 Gallorum rusticis consuetudo erat, simulacra Dæmo-
 num candido testa velamine, misera per agros suos
 circumferri dementia.* §. 12.

Victima itaque ante Messem in gratiarum actionem Cereri immolanda, dicebatur PORCA PRÆCIDANEA, quæ erat apud Romanos victima, quam referente GELLIO L. IV. c. 6. *piaculi gratia ante fruges novas fieri captas, IMMOLARI CERERI* mos fuit. Unde porca hæc etiam in nummis celebrata fuit, ut in nummo Vibie apud VAILLANT T. II. *Famil. Rom. tab. 146. p. 541. FESTUS in Præcid. p. 363. PRÆCIDANEAM PORCAM dicebant, quam immolare erant soliti, antequam novam frugem præciderent. & rursus. Porca Præcidanea dicitur, quæ ante immolari solet, quod genus hostiæ, quod ante novam frugem præcideretur, præcidarium appellabant. SCALIGER & alii Commentatores monent præcidaneas & succidaneas (a) hostias non a præcendendo & succidendo, sed a præcedendo & succedendo dictas esse, Scaliger etiam præcidarium & præcidaneum idem esse vult, quemadmodum dicimus, extrarium & extraneum, pedarium & pedaneum. conf. MARTINII & FOSSII Lex Etymol. b. v. Porca Præcidaneæ sacrificium pertinebat ad sacra publica, quæ alias Popularia dicebantur, quia pro populo publicis sumptibus fiebat, FESTUS illud observat, recensens sacra, illa p. 355. POPULARIA SACRA sunt, ut ait Labeo, quæ omnes cives faciunt, nec cer-*

)(())(2

tis

- (a) SUCCIDANIA *hostia secundum FESTUM p. 541. dicebatur, quæ secundo loco cadebatur, sic appellata a succedendo. Adhibebatur enim, cum priori hostia litari non poterat. Respicit ad hunc ritum VIRGILIUS L. XII. 296. Hoc habet hæc melior magnis data victima divis. ERASMI Adagia p. 627. BEROALDUS ad Apuleji Asinum aureum p. m. iii. fol. Græcis succidanea hostia dicebatur Επισσωμα, id est victima postrema, quæ priores omnes ræ fiebant, ut hoc ex oratione Lycurgi probat HARPOCRATION in Lex. p. 167. ibique VALESIIUS in notis.*

ris familiis attributa sunt, ut fornacalia, parilia, laralia, PORCA PRÆCIDANEÆ. JOS. SCALIGER ad h. l. observat, popularia hæc sacra opposita esse privatis, familiaritius, & gentilitiis sacris, alias opponuntur montanilibus & paganalibus, ita VARRO L. V. de L. Lat: Dies septimontium nominatus ab his septem montibus, in quibus sita urbs est, feria non populi, sed montanorum modo, ut paganalia, qui sunt alicujus pagi. Sacrificii autem hujus Præcidaneæ Porcæ formulam tradit CATO de Re. Rust. cap. 134. cujus testimonium, quoniam integrum ritum absolvit, Lectori hic legendum dare, non injucundum nec prorsus ἀπεροδιονον erit: Priusquam messem facias, porcæ præcidaneam hoc modo fieri oportet. CERERI PORCA PRÆCIDANEÆ, porcæ femininam, priusquam hæc fruges condantur, far, triticum, ordeum, fabam, semen rapicium, thure, vino, Jano, Jovi, Junoni præfato. Priusquam porcæ femininam immolabis, Jano struem commoveto sic: JANE PATER te hac strue commovenda bonas preces te precor, uti sis volens propitius mihi, liberisque meis, domo, familieque meæ mactus hoc fertum. Fertum Jovi moveto & mactato sic. Jupiter te hoc fertum obmovendo bonas preces precor, uti sis volens propitius mihi, liberisque meis, domo, familieque meæ, mactus hoc fertum. Postea Jano vinum dato sic: Jane pater, uti te strue commovenda bonas preces bene precatus sum, ejusdem rei ergo mactæ vino inferiori esto. Postea Jovi sic. Jupiter mactæ fertum esto, mactæ vino inferiori esto. Postea PORCAM PRÆCIDANEAM IMMOLATO. Vbi exta projecta erunt, ita Jano struem commoveto, mactatoque, item uti prius obmoveras. Jovi item fertum obmoveto, mactatoque, uti prius feceras. Item Jano vinum dato, & Jovi vinum dato, ita ut prius datum fuit, obstruem obmovendam, & fertum libandum, postea Cereri exta & vinum dato. vid. J. LOMEIERUS de Lustrat. Gent. cap. 29. p. 348. HOTOMANNUS apud Clausing. l. c. p. 768. PITISCI Lex Ant. b. v. §. 13.

Restat, cum jam in eo simus, ut *Porcam præcidaneam* jugulemus, ut & duarum reliquarum victimarum, una cum porca mactandarum, caput & salutem prodamus. Et hæ erunt **OVIS** & **TAURUS**. *Sus ergo ovis & taurus* una in solennitate hac mactabantur, & communi nomine **SOLITAUROLIA** dicebantur. Criticorum contentiones nos non morabuntur, quibus, potius *tauro, verre & birco* constitisse, contendunt. **PITISCUS** *Lex. b. v.* Sufficiet nobis demonstrasse, eorum usum admodum solennem & frequentem fuisse. Sacrificium hoc pluribus Diis oblatum constat ex **TACITO L. IV. Hist. c. 53.** ubi (1) ritum **CONSECRATIONIS AREÆ TEMPLI** descripsit. *Serena luce spatium omne, quod templo dicatur, edinctum vittis coronisque. Ingressi milites, quibus fausta nomina, felicibus ramis; Dein virgines Vestales, cum pueris, puellisque patrimis, matrimisque aqua rivis & fontibus, amnibusque hausta perluere. Tum Helvidius Priscus prætor, præcunte Plauto Eliano pontifice, lustrata suævetaurilibus area, & super cespitem redditis extis, JOVEM, JUNONEM, MINERVAM, PRÆSIDESQUE imperii DEOS, precatus, uti cœpta prosperarent, sedesque suas pietate hominum inchoatas, divina ope attollerent. Fallitur ergo CLAR. MONTFAUCONIUS, dum *Antiq. Expliq. T. II. L. III. c. 15. p. 186.* contendit, sacrificium hoc apud Romanos soli Marti oblatum, apud Græcos vero pluribus numinibus factum, contrarium enim satis superque ex allato Taciti testimonio patebit. **POMP. FESTUS** hoc sacrificium ita describit: p. 515. **SOLITAUROLIA** *bestiarum trium diversi generis immolationem significant, TAURI, ARIETIS, VERRIS, quod omnes hi solidi integrique sint corporis. Solum (a) enim**

)()()(3

lingua

(a) Ex voce *Solum*, teste *Eodem*, oriuntur, *Solers* homo bonarum artium

lingua Osorum significat totum & solidum. Alias nomine SUOVETAURILIA insigniuntur, a triplici victima sine, ovis, & tauro. GLOSSÆ Σουα ἐν ἴος, ἄγες, καὶ ταυρῶν. SCALIGER ad Festum, optime emendat ἐν σὺος, ex sue. Litem circa compositionem vocis ejusque etymon composuit VOSSIUS *Etymol. b. v. p. 478.* JUSIUS ZINZERLINGIUS *Crit. Juden. Promulsis, cap. 17. in J. H. SCHMINCKII syntagm. Crit. Var. Ant. p. 222.* locum de hoc sacrificio ex SERVIO in Virgilium emendans, variorum ea occasione de hoc sacrificii genere testimonia attulit.

§. 14.

Ex Tacito modo vidimus, sacrificium hoc oblatum in inauguratione templi, jam videamus, quomodo *Suovetaurilia* (11) in Lustratione Agrorum pro frugibus facta. M. CATO modum lustrandi agrum & formulam precum solennium eum in finem fieri solitarum posteris servavit: *de Re Rust. cap. 141.* „Agrum „lustrare sic oportet, imperans solitaurilia circumagi „cum divis volentibus, quodque bene eveniat, mando „tibi Mani, uti illa solitaurilia, fundum, agrum, ter- „ramque meam quota ex parte sive circumagi, sive „circumferenda censeas, uti cures lustrare. Janum Jo- „vemque vino presamino, sic dicit: *Mars pater te „precor, quesoque, uti sis volens propitius mihi, domo, familia- „que nostra, cujus rei ergo agrum, terram, fundumque meum „solitaurilia circumagi jussi, uti tu morbos (a) visos indivisusque „viduer-*

artium. *Solidum* dicitur, quod nulla parte cavatum vel laxatum est. *Solliferrea* sunt tela tota ferrea.

- (a) Morbus ille obsoleto nomine PESESTAS dicitur, apud FESTUM, quod interpretatur *pestilentiam*, inter precandum enim, cum fundus lustratur, dicunt, *Avertas morbum, mortem, labem, nebulam, impetiginem.* p. 341.

„*viduertatem, vastitudinemque calamitates, intemperantias,*
 „*que prohibessis, defendas, aberruncesque; utique tu fruges,*
 „*frumenta, vineta, virgulaque grandire, beneque eve-*
 „*nire sinas, pastores, pecuaque salva servassis, duisque*
 „*bonam salutem, valerudinemque mihi, domui, fami-*
 „*liæque nostræ. Harumce rerum ergo fundi, terræ,*
 „*agrique mei lustrandi, lustrique faciendi ergo, sicuti*
 „*dixi, mactæ, hisce solitaurilibus lactentibus immolandis*
 „*esto. Mars pater ejusdem rei ergo, mactæ hisce solitaurili-*
 „*bus lactentibus esto. Item cultro facito struem, & fer-*
 „*rum uti adfiet. Inde obmoveto, ubi porcum immolabis,*
 „*agnum, vitulumque sic oportet. Ejusque rei ergo mactæ*
 „*hisce solitaurilibus immolandis esto, nominare vetat*
 „*Martem, neque agnum, vitulumque. Si minus in*
 „*omnes litabis, sic verba concipito. Mars pater, si*
 „*quid tibi in illisce solitaurilibus lactentibus, neque satisfac-*
 „*tum est, his solitaurilibus piaculo. „Si uno duobusve*
 „*dubitaveris, sic verba concipito. Mars pater, quod*
 „*tibi illuc porco, neque satis factum est, te hoc porco piaculo. „*
 Hactenus M. Cato. Legitur etiam hæc formula apud
 LOMEIERUM l.c. p. 346. FR. HOTOMANNUM
 in Formulis Forensibus Vett. p. 761. B. BRISSONIUM
 l. c. cap. 95. p. 53. ROSINUM Antiq. R. L. IV. c. 17.
 vid. PHIL. BEROALDIUS Observatt. in Livium p. 67. in Jod.
 Badii ASCENSII Annotatt. Doct. Vir: Paris. 1511. fol. 11L.
 SPANHEMUS T. II. de Præst. Numism. p. 101.

§. 15.

Porro hujus modi generis sacrificium occurrit
 etiam (III) in LUSTRATIONE ROMANORUM,
 post peractum censum, cum lustrum conderent. Lustrum (a)
 dice-

(a) Alii lustrare idem esse ac circumire, ambire, volunt, ut poni-
 tur apud VIRGIL. Ecl. x. v. 55. OVIDIUS in lb. 334.

dicebatur a *livo*, id est *purgo*, quando civibus census & vestigalia solvenda erant, *condere* vero *lustrum* (a) idem est ac *finire* censum. *Censores* (b) vero quinto quoque anno (c) populum post censum lustrare, id est purgare solebant, quod in Campo Martio ab iis factum, qui summum & sanctum magistratum gerebant, ex instituto Servii Tullii, qui primus instructum exercitum *suovetaurilibus* (d) lustravit, id est ad lustrandum populum

- (a) Votorum in *lustris* condendo formulas solennes exposuit BRISSONIUS L. I. cap. 160. p. 87.
- (b) De *Censorum* Institutione, munere, & censu apud Romanos scripserunt ZONARAS in *Annal.* L. VII. c. 19. p. 349. edit. reg. Paris. FENESTELLA, POMP. LÆTUS. J. LIPSIUS in *libellis de Magistrat. Rom.* DILHERRI *Disput.* Acad. T. I. p. 515. sq. GUNDLINGIANA. P. XVI. p. 123. M. de VALOIS dans l'*Histoire de l'Academie Royale* T. I. p. 78. sq. H. SALMUTH. ad *Pancirolli Mem.* P. I. cap. 51. p. 247. sq. N. *Aceyra Philol.* T. I. p. 278. sq. Cæterum Formam censualem, tabulas censuales, professionem censualem, & cenfitores, qui in provinciis censum agebant, ex antiquis documentis docte illustrarunt triumviri Eruditi, P. BAULDRI, STEPH. BALUZIUS & GISB. CUPERUS in *Commentariis ad Lactantium de Moribus Persecut.* cap. 23. de *Vestigalibus* Populi Romani scripsit P. BURMANNUS *Ultraj.* 1714. 8.
- (c) *Lustrum* inde est *tempus quinquennale.* STATIUS *Sylv.* L. II. 2. v. 6. HORAT. *Od.* IV. 1. 6. PASSERATIUS in *Propert.* p. 552. H. KITSCHIUS de *Magistrat. Reip. Rom.* §. 354. sq. POL. VERGILIUS de *Rev. Invent.* L. II. c. 3. alii.
- (d) *Lustrari* exercitum nisi *Jue, ove & tauris* qui puri essent, non erat fas. ALEX. ab ALEX L. III. c. 12. Ritus exercitum lustrandi, lege apud BRISSON. L. IV. cap. 26. p. 327. De prisca *Equitatus* recensione vid. LIPSIUS de *Milic.*

lum suem, ovem, & taurum immolavit, ut confirmat
LIVIUS L. I. 44. *Instructum exercitum omnem SUE, OVE,*
TAURILIBUS LUSTRAVIT, idque conditum lustrum appella-
 rum, quia in censendo finis factus est. *Millia LXXX. eo*
lustrum civium censa dicuntur. Et **MESSALA CORVINUS** in
lib. de Progenie Augusti: Servius Tullius exercitum instructum
in campo Martio PORCO, ove & tauro lustravit. **Plenius**
DIONYSIUS HALICARN. L. IV. in historia Servii Tul-
 lii Regis, qui autor hujus instituti fuit, ita scribit:
Perfecto censu a Tullio Rege, omnes cives jussi sunt armati
adesse in campo Martio, ibi instructos in sua quemque Centuria
equites, pedites, velites, lustravit Rex SOLIT AURILIBUS.
Hoslia, TAURUS, ARIES, & HIRCUS ter circumducte circum
exercitum Marti mactate sunt. **PANVINI** *Civitas Rom. p.*
268. sq. J. G. JAHN diff. de Censu Romanorum Primo. Witteb.
1715. conf. J. G. LESCHNERTI diff. III. de Lustrationibus
Veterum Gentilium Pracedaneis ibid. 1708. 9. ASCONIUS
PEDIANUS in *Ciceronem de Divinat: Consores completo*
quinquennio urbem lustrabant, & SOLIT AURILIA sacrifi-
cia de SUE, OVE, TAURO faciebant. In Inscriptioe
Fratrum Arvalium apud **GRUTERUM** p. 121. no. I.
BRISSONIUM L. I. c. 50. p. 28. & *Jac. GUTHERIUM*
de Jure Manium L. I. c. 4. p. 21. mentio fit hujus triplicis
sacrificii, cujus lapidis tantum aliquot verba addu-
cimus, ad scopum nostrum pertinentia.

HUJUS. OPER. PERFECTI. CAUSA. LUSTRUM.
 MISSUM. SUOVETAURILIB. MAJORIBUS.

Sic etiam apud Autores occurrunt exempla, quæ de-
 mon-

)()()()(

Milit. Rom. L. I. Dial. 5. p. 38. sq. H. HUGO de Militia
Equestri Vet. & Nova L. II. c. 5. p. 103. sq. Celeb. J. E.
KAPPII *diff. de Annua Equitum Romanorum transvectione,*
& de eorundem censura Lips. 1734.

monstrant, alia occasione sacrificium hoc usitatum fuisse, de quo alibi pluribus.

§. 16.

Porro sacræ hæc etiam fiebant ad **PLACANDOS** (IV.) **EORUM MANES**, qui in prælio occubuerant, quorum ritus descripsit **VIRGILIUS** L. XI. *Aeneid* 188. sq. & v. 197. meminit sacrificii eum in finem facti:

*Multa boum circa mactantur corpora morti:
SETIGEROSQUE SUES, raptasque ex omnibus agris,
In flammam jugulant pecudes.*

Ejusmodi sacrificiorum genus etiam apud Græcos in usu fuit, a quibus Romani ritum hunc hausisse videntur. **Tiresias** ait **Ulyssi** apud **HOMERUM** *Od.* λ. 129. 130.

*Ρεζας ἰερα καλα ποσειδαων ἀνακτῆ
Αρνειον, ταυρον[ε], σων[ε], ἐπιθησρα κηπερον.*

Faciens pulchra sacra Neptuno Regi

ARIETEM, TAURUMque suumque maritum **VERREM**.

XENOPHON in *Exped. Cyri* L. VI. p. m. 260. aliquoties meminit sacrificii trifariam facti, θυσια εἰς τρεις in solenni consultatione Deorum ab exercitu facta; Non dubito, quin hic triplex Græcorum sacrificium intelligatur, quod cum suovetaurilibus nostris convenit, & quod apud Athenienses porca, ariete, & hirco fiebat, Genus illud sacrificiorum dicebatur τεύτλια five τεύτης **HESYCHIUS** Δωδεκαδες θυσιαῖ ἐν δωδεκα ζώων ὡς τεύτλια ἐκ τριων. **BRODÆUS** *Miscell.* L. VI. cap. vit. eos falli ait, qui Græcorum τεύτλιον putant esse solitaurilia. **Brodæus** ipse hac in re erravit, nam idem sacrificii genusest, & loco Græcorum arietis Romani ovem obrulerunt, plenius illud descripsit **EUSTATHIUS** ad *Odyss.* L. v. 132. p. 174.

*ἔρδειν δ' ἰερας ἐκατομβας
Facias sacras hecatombas.*

τεύτλια

Τετρίψαν ἔλεγον, τὴν ἐκ τριῶν ζῶων θυσιαν. Ὅσον δύο μῆλων καὶ βροοῦ ὡς Ἐπιχαρμῶς, ἢ βροοῦ καὶ αἰγῶς καὶ περιβαλῆ. ἢ καπρῶς, καὶ κρεῖς καὶ ταυρῶς. ἢ δὲ τοιαύτη, καὶ βουπρωγῶς Φασιν ἔλεγετο, διὰ τὸ προηγουμένω αὐτῆς οἶα νηὸς περῶσαν, τὸν βῆν. *Conf. SUIDAS voce τετρίψυς.* SCHOLIASTES *Aristoph. ad Plutum v. 820. ubi exemplum hujus sacrificii extat. Locus Comici ita se habet.*

καὶ νῦν ὁ δεσποτῆς μὲν ἔνδον βῆθυται
ΥΝ, καὶ τραγῶν, καὶ κρεῖον ἐσφαναμῖνος.

At herus incus nunc immolat

SUEM, HIRCUM, ἔ ARIETEM coronatus.

vid. G. du CHOUL Relig. Vett. Rom. p. 266. 267. ubi cætypon hujus sacrificii pleni perfectique depinxit. Imaginem ejus etiam hodieum Romæ in columna Trajani marmorea, medio foro erecta, conspicitur, perhibent multi: de qua CIACCONIUS & FABRETTUS de Columna Trajani: & J. B. CASALIUS de Prof. Roman. Ritibus p. 90. B. MONTEAUCON l. c. itidem sacrificii hujus imaginem æri incisam sinit. Egregium marmor apud J. SPONIUM occurrit, in quo solita auriliam totus apparatus cernitur, & cum docta explicatione comitatur. Miscell. Erud. Ant. p. 310. 311. Denique addendum Jovi solita aurilibus id est tauro, verre & ariete non licuisse sacra facere, testibus MACROBIO L. III. 10. p. 288. & ALEX ab ALEX L. III. c. 12. Item Lustra quinquennialia una cum Suovetaurilibus jam A. C. 240. defuisse, teste CENSORINO de die nat. cap. 13. qui eo tempore vixit: Desierant Censores lustrum condenses, frustra eos resistere annitente Symmacho.

In EXAMINE NOSTRO verno, die VIII. Aprilis habendo, sequentes Juvenes morum integritate, & in studia amore præstantes, publice declamabunt:

1. ADR. PHIL. HAGMEISTER *Corbusiensis*
de Raritate veræ Amicitia. *Lat.*
2. PHIL. ISR. CRAYE, &
3. BOG. SIG. LUTKENS *Oranioburgo - Marchicus*
collocuturi de Amore, & Amicitia: *Lat.*
4. OTTO LUD. PLESMANN *Halberstad:*
adhortatur Juvenes ad bonos & ingenuos mores.
German.
5. P. PLIQUET adhortatur Juventutem ad
Diligentiam: *lingua Gallica.*
6. ALB. SAM. GUALTIERI *Bernav. March.*
illud *Horatii*, Magnanimum Virum Musa vetat mori,
carm. epico Lat. expendet.
7. CAR. LUD. de PENAVAIRE Nob.
Amicitiam *carm. vernaculo* decantabit.
8. JOH. CLAUD. de PENAVAIRE Nob.
excitabit Germaniam ejusque Proceres, arma
capeffere adversus Gallum. *L. vernac.*

Ad hunc Actum D. PATRONOS & MÆCENATES,
bonarumque Artium *Fautores perofficose* invitatur RECTOR.

Errata corrigenda. p. 7. lin. II. loco *Caroli* lege CON.
RADI. p. 9. lin. II. loco SUS lege SUEM. p. 12. l. 13. lege
laborantis. p. 13. l. 14. loco *extra* lege *Extâ*. p. 15. lin. 21.
lege *Δημητρος*.



Ung. V 28

= [Dissertationes theol.
Vol. 7 2.]

ULB Halle

001 831 976



3

VD 17 = 00





LVIII.


DISSERTATIO ANTIQUARIA
DE
SUE IN SACRIFICIIS
GENTILIUM,
SPECIATIM

CERERIS, TELLURIS, BONÆ DEÆ,
ET
MATRIS DEORUM.

OB
SOLENNEM LUSTRATIONEM
GYMNASII FRIDERICIANI

ET
ORATIONES IN EA HABENDAS
EDITA

A
JOH. PHIL. CASSEL.



MAGDEBURGI,
LITTERIS JOAN CHRIST. SIEGELER. 1743.

